

haec scribebat. Caltinus siquidem paulo ante praemisserat: »inter Deum et Angelos nulla est defectio, nullum peccatum, ideoque nullum diuortium«. Et rursus: »quum Angeli creature sint, extra lapsus periculum non erant, nisi Christi gratia fuissent confirmati«. Quae autem conuentio horum verborum cum praecedentibus? Fabrum quoque suam ignorasse vocem iudicamus, dum ait, peccare Angelos posse, siue peccatum beatitudinis eis adferat damnum, siue non. Quis enim peccatum cum beatitudine componentes poterit? Nonne a Sapientissimo Deo positâ lex haec est, quemadmodum verissime Augustinus ait, »vt omnis inordinatus animus sibi sit poena?« Quare Iob vii. legimus: »peccavi, quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi meti grauius?« Si peccaret ergo Angelus iam esset sibi ipse grauius, nec sine poena esset eius inordinata affectio. Sed haec dixisse sufficiat.

CAP V T XVI.

De malorum Angelorum lapsu sermonem instituit: eorundem primum peccatum declarat: veterum aliquorum sententiae confutantur: poemam item isdem infictam designat.

Diabolus aliisque daemones, natura boni, voluntate sua peccarunt. Quorum primum peccatum superbia fuit.

Multiplex est malorum Angelorum poena: ad ignem vero quod spectat, perpetuus atque aeternus ille erit.

Prioris propositionis prima pars probatur ex eo, quod nec mentis ignorantia, nec cordis passio locum in Angelis habuerunt ante peccatum; siquidem siue ignorantia, siue passio, mala quedam sunt, quae naturam, in qua reperiuntur, miseram efficiunt: sed ea quae naturam efficiunt miseram, locum non habuerunt in Angelis ante peccatum, quam sub Deo iusto nemo miser sit, nisi menseatur: relinquunt igitur, voluntate sua illos peccasse. Quod Patres ynanimiter testantur; et quorum numero Augustinus unus est qui diserte scribit: »Angeli sancti, cadentibus alis per liberum arbitrium, per idem

»li-

liberum arbitrium steterunt ipsi». Etenim summa erat in Angelis arbitrii indifferentia, nihilque omnino extrinsecum fuit, quod ad malum eos determinarit.

Fuisse autem primum Angelorum peccatum superbiam, quod secunda pars propositionis exhibet, Scriptura prae primis testatur. Primo: Tobiae iv. legimus: »superbiam numquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio«.

Apud Isaiam cap. xiii. dicitur: »detracta est ad inferos superbia tua«. Ezechielis item xxviii.: »elevatum est cor tuum in decore tuo«. Tandem 1. ad Timoth. habetur: »ne in superbiam elatus in iudicium incidat diabolus«, hoc est, in poemam, quam ob superbiam Lucifer sustinet.

Patres suffragantur etiam: Athanasius enim scribit (1): »superbia ipsum in inferiores abissi partes praecepit«. Cyrilus (2): »cecidit, inquit, tumida et turgida cogitans, et honorem, ac gloriam soli summae naturae congruentem rapere cupiens, quantum molimine, et vi, et animo poterat«. Augustinus (3): »continuo, nait, se a luce veritatis auertit superbia tumidus«. Et alibi (4): »in veritate non stetit, sed a luce sua superna, quam de Deo habebat, superbiae merito abscessus est«. Chrysostomus deum (5): »neque in diabolum, inquit, versus fuisset Angelus, nisi hoc se scire (de superbia agit) coquinasset«.

Supperit etiam ratio multiplex. Prima: superbia, Augustino teste (6), est amor inordinatus propriae excellentiae: atqui primum peccatum Angelorum aliud non fuit quam huiusmodi inordinatus amor; vt praevaricatoris verba satis ostendunt: fuit ergo peccatum superbiae. Secunda ratio: primum Angelorum peccatum amor rei cuiusdam spiritualis fuit: neque enim possunt spirituales substantiae rebus corporeis adisci; at ille amor alias esse non potuit quam superbiae peccatum; nempe in amore spirituali non peccatur, nisi quia regula contemnitur; ad quam amor ille erigi debet; seu quia amor ille creature inhaeret, quam ad Deum ultimo referri debeat: quo quidem principio innixus Augustinus de Angelis apostatis sic loquitur (7): »ab

il-

(1) In Orat. de Virg.

(2) Lib. ii. in Isaiam.

(3) Lib. xi. de Genes. cap. 23.

(4) Lib. xxxii. cont. Faust. cap. 87.

(5) Hom. xv. in Ioann.

(6) Lib. xiv. de Civit. Dei, cap. 13.

(7) Lib. xiii. de Civit. Dei, cap. 4.

„illo qui summus est , auersi , ad se conuersi sunt , et hoc vitium
non aliud quam superbia est .“

Tertia : quemadmodum Damascenus scribit (8) , ad nullum peccatum prior spiritus est quam ad superbiam . Quamvis enim possint in eo reperiri inuidia , malevolentia , aliaque plura , haec tamen proprium amorem consequuntur .

Quarta : illud fuit primum Angelorum peccatum , quod in eisdem sanctorum Angelorum princeps arguit : at superbiam manifeste arguit : ob id enim vocatur Michael ; quod quidem nomen id significat : *qui ut Deus?* hoc est ; *qui est iste , qui se audet Deus comparare?*

In quo autem sita fuerit malorum Angelorum superbia , varie varii explicant . Nonnulli adserunt , in eo positam esse , quod Christum adorare noluerint : nempe (aiunt Scriptores illi) mysterium Incarnationis eis statim ac creati sunt revelatum fuit , iussumque illis homini Deo latiae cultum exhibere : quod quidem praeceptum , aiunt illi , sancti Angeli adimplerent ; apostatae vero obediere noluerint .

*+ Disciplices
habetas que:
ye huius
convenies
Christy ante
peccatum , quis
peccatum , qui:
praeceperit .
D.Th. 2.2.
J.2. a. 7.0.*

Verum haec sententia nullo Scripture , aut SS. Patrum testimonio nititur : praeterea aduersatur Patribus , qui non aliam Dominicæ Incarnationis caussam finalem norunt , quam hominis redemptionem : at Angeli ante peccatum suum non noverant futuram per Christum hominis redemptionem : quum nec tunc hominis casum praeconcerint .

Alli opinantur , Angelorum superbiam in eo positam fuisse , quod eam cum Deo similitudinem , quae per intuitu visionem habetur , per naturae propriae vires , et absque supernaturali auxilio voluerint consequi . Verum si id absolute voluerint , necessum est , prius iudicauerint id esse possibile ; quod iudicare error turpisimus , immo et haeresis fuisse ; idque ante peccatum in eis contigisset .

Sunt qui dicant , in hoc sitam Angelorum superbiam fuisse , quod aequalitatem cum Deo , seu independentiam concupierint . Quam opinionem ex ipsis Scripturæ verbis confirmare pergunt ; ex eo nempe quod Isaiæ xiv. scriptum est , Diabolum protulisse ; *similis ero Altissimo* . Similiter , quod Ezech. xxviii . irridetur Satan , quod dixerit : *Deus ego sum* . Et hanc tamen sententiam falsam nonnulli habent , quod absolutam cum Deo aequalitatem ab Angelo praeuaricatore concupitam defendat : quam veram dicunt , si aequalitatem tantum conditionatam ex-

pri-

(8) Lib. II. cap. 3.

primat ; atque hoc sensu superbiam Angelorum fuisse aiunt , quod aequalitatem cum Deo desiderauerint , si tamen haec foret possibilis , in eoque desiderio multum sibi complacuerint .

Sed nihil est , cur in natura huiusmodi superbiae , quae primum Angelorum peccatum fuit , penitus inscrutanda immoremur : illud conuenientius declarandum hic est , non aliud a superbia , quaecumque tandem illa fuerit , corum fuisse peccatum .

Atqui habemus in re ista veterum Ecclesiae Patrum contradicentes non paucos . Quod enim prima Angelorum iniquitas cum mulieribus concubitus fuerit , opinantur Philo Iudeus (9) , Iosephus (10) , Clemens Alexandrinus (11) , Athenagoras (12) , Tertullianus (13) , Lactantius (14) , Eusebius (15) , Ambrosius (16) , alique ; omnes ad unum sentientes , expressum id a Mose esse in Genes. vi. vbi dixerat : *cumque coepissent homines multiplicari super terram , et filii alias procreassent , videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchrae acceperunt sibi vxores* , cet .

Sunt quoque ex illis qui existimant , inuidiam fuisse primum Angelorum peccatum . Sunt huiusmodi Irenaeus (17) , Lactantius (18) , Gregorius Nyssenus (19) , Epiphanius (20) , Cyprianus (21) , necnon et Augustinus (22) .

Scotus tandem , et eius doctrinae sectatores , diaboli crimen luxuriam spiritualem adpellare consueuerunt .

Ac prima quidem opinio vel hoc solum falsa dignoscitur , quod certum omnino sit , hoc peccato Angelos non potuisse labi . Nam extra dubitationem omnem est , Angelorum peccatum culpam primi hominis antevertisse . Legitur siquidem Sapientiae II. : *inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum* . Adam deinde vxorem suam non cognovit nisi post lapsum : peccatum itaque primum Angelorum omnem filiarum generationem antevertit .

Ast daemones incubi , quos Siluanos , Faunos , et Dusios vocant , cum mulieribus exitisse Augustinus ipse non abhorret , quum nihil Tom. II.

N

au-

(9) Lib. de Gigant.

(16) In Lib. de Noe , et Arca , cap. 4.

(10) Lib. I. Antiquit. cap. 5.

(17) Lib. IV. cap. 78.

(11) Lib. I. Paedagog. cap. 2.

(18) Lib. II. cap. 8.

(12) In Legatione pro Christianis.

(19) Cathech. cap. 6.

(13) In Lib. de Idololatr. cap. 9.

(20) Haeresi LXIV.

(14) Lib. II. cap. 15.

(21) In Lib. de Zelo et Liuore.

(15) Lib. V. de Prae. Euang.

(22) Tract. V. in Ioannem.

audeat definire. Sed Dei tamen Angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse confirmat.

Opinioni deinde secundae sic ex Augustino occurritur: "quum superbia , ait ille (23) , sit amor excellentiae proprie , inuidia vero sit odium felicitatis alienae , quod inde nascatur satis in promptu est. Amando enim quisque excellentiam suam , vel paribus inuidet quia ei coaequantur , vel inferioribus ne sibi coaequentur , vel superioribus , quod eis non coaequetur. Superbiendo igitur inuidus , non inuidendo superbus est". Qua Augustini sententia intellecta facillimum cuique est ad opinionem nostram , quos contrarios audiimus , trahere: nam quum superbia focunda inuidiae parens sit , et qui superbus est , illico et inuidus efficiatur , diabolus sui delectatione inflatus , Deo summum honorem , ac cultum coepit inuidere , atque ex superbia inuidia ortum duxit.

Ac tertia quidem opinatio subtilissimum Patronum habet. Illo contenta ea sit: nos interim non videmus qua de causa voces confundere cogamur. Non enim est luxuries amor , et delectatio cupiditatis tantum , sed delectatio de re venerea , et turpi carnis voluptate. Itaque posita Angelorum superbia fuit in immodica , et irrationali proprie excellentiae oblectatione. Verum de Angelorum lapsu et peccato diximus multa. Ad secundam propositionem modo progrediamur.

Nam peccato finitimam esse poenam nemo est qui nesciat. Hanc vero multiplicem esse in daemonibus constans res est. Siquidem per peccatum Angelorum cognitioiminuta valde fuit in gratius , quae pure speculativa erant; totaliter item ablata in iis , quee gratuita simul et in Deum affectiva: vt habet communis Theologorum opinio his fundata momentis: et quod pauca illi post peccatum per reuelationem adtingant , et quod omni prorsus caritate destituti sint , omnibus etiam iis virtutibus , quae ad caritatem referuntur , cuiusmodi sunt fides , spes , aliaeque.

Deinde et in peccati sui poenam obdurati illi in malo sunt ; quantum tenus nempe , a peccato corum voluntas non potest temperare , quum eis omnis gratiae auxilium desit ; ac in eis summum Dei odium dominetur.

Principua autem daemonum poena inferni ignis est , quo destinati sunt. Hunc aeternum esse atque perpetuum dogma catholicum est , certissima fide tenendum , Scripturis , Patribus , ac ratione adtestantur.

(23) Lib. xi. de Ciuit. Dei , cap. 14.

tibus. Ex Scripturis haec loca sunt apertissima. Isaiæ LXVI. "Ignis eorum non extinguetur". Danielis XI. "Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt ; alii in vitam aeternam , et alii in opprobrium vt videant semper". Matth. XXV. "Discedite a me maledicti dicti in ignem aeternum , qui paratus est diabolo et Angelis eius". Et infra : "et ibunt hi in supplicium aeternum , iusti vero in vitam aeternam". Luca XVI. "Chaos magnum inter nos et vos firmatum est , vt hi qui volunt hinc transire ad vos , non possint , neque inde de huc transire". Marci III. "Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum non habebit remissionem in aeternum , sed reus erit aeterni delicti". Pauli n. ad Thessal. I. "Poenas dabunt in interiorum aeternas a facie Domini". Apocalypsis denique XX. "Cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum".

Patrum quoque testimonia ineluctabilia sunt. Irenaeus sic loquitur (24) : "quibuscumque dixerit Dominus : discedite a me maledicti in ignem aeternum , isti erunt semper damnati". Tertullianus autem probat , daemonum supplicia aeterna fore , quod Christus pro eis mortuus non sit. Ait siquidem (25) : "homo perierat , hominem restitu oportuerat. Vt Angelum gestaret Christus , nihil tale de causa est. Nam etsi Angelis perditio reputatur in ignem praeparatum diabolo , et Angelis eius , numquam tamen illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute Angelorum suscepit Christus a Patre. Quod Pater neque repromisit , neque mandauit , Christus administrare non potuit". Cyprianus haec habet (26) : "quando isthinc excessum fuerit , nullus iam poenitentiae locus est , nullus satisfactionis effectus". Hieronymus item verba illa Matthaei declarans : "et ibunt hi in supplicium aeternum , cer. scribit (27) : "prudens lector adiuerte , quod et supplicia aeterna sint , et vita perpetua metum deinceps non habeat ruinarum". Et ad Esaim scribens aduersus eos inuehitur , qui diabolo poenitentiam promittunt , dicens (28) : "vbi sunt ergo , qui dant diabolo poenitentiam , et dicunt , illum posse mutari?" Augustinus tandem (ne omnes numeremus) huiusmodi tradit (29) : "neque illud dici hic poterit , in quo nonnulli se ipsis seducunt , ignem aeternum dictum , non ipsam combustionem aeternam ; cum et hoc praevidens Dominus sententiam suam conclusit di-

(24) Lib. iv. adu. Haereses , cap. 47.

(27) Comment. in cap. xxv. Mach.

(25) In Lib. de Carne Christi , cap. 14.

(28) Cap. 14.

(26) In calce , lib. ad Demetrianum.

(29) De Fide et operibus , cap. 15.

„cens sic : ibunt hi in combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam. Erit ergo combustio aeterna sicut ignis“. Et alibi (30): „si vtrumque aeternum, profecto aut vtrumque cum fine diuturnum, aut vtrumque sine fine perpetuum debet intelligi. Par pari etiam relata sunt ; hinc supplicium aeternum , inde vita aeterna“.

Ratio demum in auxilium venit. Etenim vtraque sententia illa, apud Matthaeum, et pro iustis, et pro reprobis lata, vera est, extrema est, mercedem, vel poenam absque termino definitis : aeternum ergo erit electorum regnum, aeternum quoque damnatorum supplicium. Sed de hoc argumento legatur Augustinus (31).

Ad praecedentia accessio.

Cuius vero naturae ignis ille sit, quem aeternum certa fide vidimus, non diuinando quidem hic placet declarare. Principio tamen nolumus de inferni loco dubitare praeципue ob Hieronymi auctoritatem, vbi adserit (32), „infernum sub terra esse nemo iam ambigit“. Illum itaque ignem materialem vere esse et corporeum explorata nobis res videtur. Etenim primo ex Scripturis perquam evidenter id colligitur. Legimus siquidem in Deuteronomio cap. xxxii. „Ignis successus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni nouissima“. Ecclesiastici item xxi. „Consummatio illorum flamma ignis“. Isaiae xxxviii. „Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?“ Matth. xxv. „Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et Angelis eius“. Petri iii. „Igni reservati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum“. Ut loca illa mittamus, in quibus adpellatur infernus, gehenna ignis, stagnum ignis, cibarium ignis.

Deinde Patres ignem hunc materiale ac corporeum dixerunt. Sic Hieronymus vbi Origenis sententiam impugnat (33), quod metaphorica translatione ignem inferni explicauerit. Sic et Gregorius, vbi scribit (34): „ignem gehennae corporeum esse non ambigo, in quo certum est, corpora cruciari“. Sic et Isidorus (35), Basilius (36), Chrysostomus (37), Augustinus (38), aliique numero et auctoritate maximi.

Chrysostomus (37), Augustinus (38), aliique numero et auctoritate maximi.

Ceterum licet adeo firma argumenta sint, quae nos in hunc trahunt sensum, ad fidem tamen rem istam non spectare agnouimus, et fatemur. Primo quidem, quoniam nullum de ea Ecclesiae decretum extat. Secundo, quod absque haereseos nota oppositum teneruerunt nonnulli praeter Origenem Ecclesiae Patres sanctissimi, quos inter Ambrosius haec scripsit (39): „ergo neque corporalium stridor aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis : sed haec ideo, quia sicut ex multa cruditate et febribus nascentur, et vermes; ita si quis non decoquat peccata sua, veluti quadam interposita sobrietate abstinacie, sed minuscendo peccata peccatis tamquam cruditatem quamdam contrahat veterum et recentium delictorum, igne aduretur proprio, et suis verminibus consumetur“. In hanc opinionem iuit postea Catharinus.

Tertio demum, quod Graeci adserentes, Purgatori ignem materialem non esse, in Concilio Florentino in Ecclesiae communionem sunt recepti, nulla tamen huius erroris mentione facta, vbi reliqui eorum errores proscripti sunt.

CAPVT XVII.

Error illorum, qui perpetuas daemonum et damnatorum poenas negarunt, refertur. Quae obiiciebant argumenta diluuntur:

Illa etiam quae inferni ignem non esse corporeum probare videntur.

E Platoni dogmate illud manasse, daemonum nempe, sicut et damnatorum hominum, poenas semipternas non esse, Dionysius Petauius testatum facit. Huius vero erroris princeps etiamsi cum haeretici famosi praecesserint, vulgo in Ecclesia Origenes perhibetur. Ac nostro quidem iudicio, iure quidem merito. Testantur enim id passim Ecclesiastici Scriptores grauissimi. Theophilus enim Alexandrinus, illius opinionem fuisse ait (1), „Diabolum purgatum vitiis atque peccatis pristinam aliquando gloriam recepturum“. Immo, „Salutarem

„pro

(30) Lib. xxi. de Civit. Dei, cap. 23.

(34) Lib. iv. Mor. cap. 29.

(31) Ibidem.

(35) In I. Sentent. cap. 31.

(32) In Epist. ad Ephes. cap. 14.

(36) Comment. in Isaiano.

(33) Epist. xix.

(37) Hom. xxxii. in Epist. ad Ro-

man.

(38) Lib. xxi. de Civit. Dei, cap. 10.

(39) Lib. vii. in Lucam, cap. 14.

(1) Epist. ii.

„pro daemonibus , ac spiritualibus nequitius apud superos adfigendum cruci“. Athanasius idem sentit (2). Hieronymus vero „eumdem ait existimasse (3) , post multa saccula , atque vnam omnium restitutionem , id ipsum fore Gabrialem , quod diabolum , Paullum , quod Caipham , Virgines quod prostibulas“. Nihil deinde expressius Augustini testimonio (4). „Sunt et alia , inquit , huius Origenis dogmata , quae Catholica Ecclesia omnino non recepit , in quibus nec ipsum falso arguit , nec potest ab eius defensoribus excusati , maxime de purgatione , et liberatione , ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis vniuersae creaturae . Quis enim Catholicus Christianus , vel doctus , vel indoctus , non vehementer exhorreat eam , quam dicit purgationem malorum , id est , eos qui hanc vitam in flagitiis et facinoribus , et sacrilegiis , atque impicatibus , quamlibet maximis , finierunt , ipsum etiam postremo diabolum , atque Angelos eius quamvis post longissima tempora purgatos atque liberatos , regno Dei , lucique restituti , et rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt , ad haec mala denuo relabi , et reuerti , et has vices alternantes beatitudinem et miseriarum rationalis creaturae semper fuisse , semper fore“?

Sed Origenes , dicent aliqui , quantumuis talia scripscrerit tum in lib. i. cap. 6. tum Homil. in Iosue viii. et ix. de diuersis , ac in Tom. xviii. alisque in locis , alteri tamen alii in locis de daemonum , ac damnatorum poena sentit , recteque sentit. Argumentantur sic in Origenis defensionem Picus Mirandulanus , Iacobus Merlinus , et Genebrardus ; irrito tamen labore : nihil enim pro Origenie vindicando posset adduci , leuius . Nam quemadmodum qui semel iterumque lapsus in scribendo est , non nisi perperam vbiique lapsum fuisse diceretur , sic qui aliquando recte et catholice scripsit , nullo in loco irreppisse non bene dici iudicamus. Praeterquamquod quae Scriptores illi pro Origene deponunt loca nihil omnino efficiunt , vt Petavius demonstrat.

Neque ad Origenem excusandum facit quod quidam reponunt , nimurum , Epiphanius huius Origeniani dogmati haud meminisse in eiusdem haeresi , non præteritus si id vere Origenes dixisset. Non quidem facit : etenim millies Epiphanius erroris huius mentionem fecerat : meminit exp resse in Epistola , quam aduersus Origenem ad Ioan-

(2) Lib. de Communi essentia,
Tom. i.

(3) Epist. x.v. ad Pamach.
(4) In Lib. de Haeresibus.

Ioannem Hierosolymitanum scripsit , illumque hunc ait tenere errorem , „Diabolum nempe , id rursum futurum esse , quod fuerat , et ad eandem redditum dignitatem , et consensurum regna coelorum“ . Meminit et in Synopsi. Ergo quod Haeresi LXIV. nihil de hoc uno errore dixerit , eti mirandum sane , Originem haud purgare potest.

Errorem deinde hunc postremis hisce temporibus Sociniani amplexati sunt , impie iudicantes , aequum non fore Dei iudicium , si creaturas ob vnum vel cogitationis lethale peccatum supplicis aeternis addixerit.

Et quidem multipliciter catholicam veritatem oppugnare , ac impium suum dogma munire , hi potissimum haeretici tentant. Primo enim Scripturas in partes suas impudenter trahunt , vt euincant futurum aliquando , vt dannati terribilis inferorum poenis , ac suppliciis subtrahantur. Nam sunt , dicunt , loca quaedam in Scripturis , in quibus pollicitus Deus est gratiam et gloriam iis , qui corpus suum manducauerint , et pauperibus eleemosynam fuerint elargiti. Ioannis enim vi. scriptum est : „qui manducat meam carnem , et bibit meum sanguinem , habet vitam eternam“ . Matthaei deinde xix. legitur : „da pauperibus et habebis thesaurum in Cœlo“ . De fidelibus item legimus . ad Cor. saluos futuros , „sic tamen quasi per ignem“ . Et Martini ultimo dicitur : „qui crediderit , et baptizatus fuerit saluus erit“ .

Similiter sunt et Scriptura loca , quae impli poenam parentelecrationi , quae pertransit , indicant ; quemadmodum Apocalypsis xviii. dicitur : „quantum glorificauit se , et in deliciis fuit , tantum date ei tormentum et luctum“ . Eam ob rem cruciabuntur in inferis impli , donec nouissimum minutum reddant , vt in Lucae xii. dicitur ; atque pro mensura peccati erit et plagarum modus , vt habetur Deuteronomii xxv.

Tandem sunt loca etiam , quae maximam misericordiam Dei testantur : vt Psalm. lxxvi. „Numquid in aeternum proiicit Deus ; aut non apponet vt complacitor sit adhuc ? Aut in finem misericordiam suam abscedet a generatione in generationem ? Aut oblitus inquit misereri Deus ? Aut continebit in ira sua misericordias suas ? Et Psalm. cix. „Non in perpetuum irascetur ; neque in aeternum comminabitur“ . Ex quibus omnibus illud concludi sperant , poenas scilicet , inferni sempernas minime esse.

Praeterea adducunt quorundam Patrum auctoritatem , qui rationalem animam dixerunt mortalem , candemque putarunt inter cruciatu-

inferorum perire. Praecipue vero S Hieronymi testimonia inculcant. Primum desumunt ex eius commentariis in Isaiam (5), vbi sic loquitur, exponens verba illa : *ignis eorum non extinguetur* : »porro qui volunt supplicia aliquando finiri, et licet post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his vtuntur testimonis : *cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet* ; et iterum : *conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnium misereatur* ; et rursum : *benedicam te Domine, quoniam iratus es mihi, aueristi faciem tuam a me, et misertus es mei* : et Dominus ad peccato rem sic loquitur : *cum ira furor mei fuerit, rursus sanabo* : et hoc est, quod in alio loco dicitur : *quam magna multitudo bonitatis tuae Domine timet te* ! cet. Ex quibus aperte colligitur, Hieronymum Origenistarum opinionem referre tantum, non refellere. Similia sunt quea alibi scribit (6) dicens : *nullam rationabilium creaturarum apud Deum perire in aeternum*. Secundum testimonium desumunt ex libris super Isaiam (7), vbi affirmare Hieronymus videtur, omnia fidelium animas aliquando ab inferi cruciatibus liberandas esse. Ait enim : *sicut diaboli, et omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo non est Deus, credimus aeterna tormenta* ; sic peccatorum ac implorum, et tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, et mixtam clementiae sententiam iudicis. Id quod expressius adserit aduersus Pelagianos scribens (8) : *si autem dicit Origenes, omnes rationales creaturas non esse perdendas, et diabolo tribuit poenitentiam* ; quid ad nos, qui et diabolum et satellites eius, omnesque impios, et praevaricatores dicimus perire perpetuo ; et Christianos, si in peccato praeventi fuerint, saluandos esse post poenas?

Alia adducunt Hieronymi testimonia iis quea adducta sunt aperi-toria (9). Docet enim S. Doctor, etiam in Gomorrhæ et Sodomæ habitatores salutem consequutos fuisse, qui temporalia supplicia fuerant perpessi, verbis istiusmodi : *quod si vobis videtur Deus crudelis, rigidus, et cruentus, quod in diluvio genus deleuit humanum; super Sodomam et Gomorrah ignem et sulphurem pluit; AEgyptios submersis fluctibus; Israëlitarum cadauera postravit in eremis*

»sci-

(5) Comment. in cap. 66.

(8) In Dialogo I.

(10) In Libris de Civit. Dei.

(12) Vbi supra, cap. 25.

(6) In Epist. ad Galatas,

(9) Comment. in cap. 1. Nahum.

(11) Lib. xxx. de Civit. Dei. Et lib.

de viii. Dulciti qq.

(13) Ibidem, cap. 27.

(7) Lib. xviii.

»scitote, ideo ad praesens reddidisse supplicium, ne in aeternum puhiret». Subditque, fidelem, si reprehensus in adulterio decolletur, cruciatus euadere aeternos; concluditque de omni peccatore : »si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixerat, et qui in Sabbato ligna collegerat, tales posteri non puniri; quia culpa leuis praesenti supplicio compensata est«. Ex Hieronymo ergo semper interea non erunt damnatorum poena, si illi vel fidem seruaverint, vel aliquam temporalem poenam sustinuerint.

Tertio loco praesidium ex rebus gestis querunt. Nam, inquit, tradunt historiae, Gregorii Magni precibus Traiani animam ab inferis reuocatam fuisse : Falconillam etiam sine lauacro, et fide seputam Theclam orationibus ab inferis scrutaram : similiter intercessione Nicolai Tolentini patruelis defuncti spiritum gehennæ incendia euasisse. Addunt, et in die iudicii Deum placandum esse Sanctorum precibus, et intercessione, et Sanctos pro miseris oraturos. Si enim (loquuntur Origeniani apud Augustinum (10)) »orabant pro illis, quando eos patiebantur inimicos, quanto magis quando videbant humiles, supplicesque prostratos? Neque enim credendum est, tunc amissuros sanctos viscera misericordiae«, cet. Haec obiiciunt.

Quae tamen solvere facillimum est. Illa quidem quea ex Scripturis sunt obiecta Augustinus expendit variis in locis (11), cuius doctrinae inherentes, et nos hoc pacto expendimus. Qui manducat carnem Filii hominis habet vitam aeternam, dummodo sit in eius corporis uinitate, scilicet, in compage christianorum membrorum, et in Christo, et eius corpore maneat, quod vuit in aeternum per caritatem et gratiam : hinc manducare corpus Christi non tribuit vitam haereticis, qui ab uinitate et membrorum compage separati sunt; neque fidelibus, qui licet in corporis uinitate sint, non tam in illo manent. Legatur Augustinus in libris de Civitate (12). Eleemosyna similiter impium saluabit, ait Magnus Parens (13). »Si prius tecum facere incipiat a se ipso. Indignum est enim, vt in se non faciat, qui facit in proximum, cum audiat Dominum dicentes: diliges proximum tuum sicut te ipsum: itemque audiat, miserere animae tuae, placens Deo«.

Tom. II.

O

Apo-

Apostolus vero in verbis atlatis de iis loquitur, qui super fundamen-
tum foenum, et stipulam aedificant, non de his qui funda-
mentum amittunt; vt adposito explicat Augustinus (14), scribens:
"quid proderit, ait Iacobus, fratres mei, si fidem dicat quis se
habere, opera autem non habeat; Numquid poterit fides salvare
eum? Dicit etiam; quia fides sine operibus mortua est. Quousque
ergo falluntur qui de fide mortua sibi vitam aeternam pollicen-
tur? ... falsa erunt illa, quae obscuritatem, et ambiguitatem non
habent: si habeam omnem fidem, ita vt montem transferam, ca-
ritatem autem non habeam, nihil sum". Ille ergo saluus erit, qui
crediderit, et baptizatus fuerit, sed et impleuerit quod apud Mat-
thaeum scriptum est, "si vis ad vitam ingredi, serua mandata".

Testimonia secundo loco producta hanc ex Augustino eodem ex-
plicationem habent: quod non propter aquale temporis spatium, sed
propter vicissitudinem mali, id est, vt qui mala fecerit, mala patiat-
ur, est inter culpam et poenam mensura quedam: alias iniusta pror-
sus foret lex, quae, ex. gr., hominem morte punit, cumque a so-
ciate viuentium perpetuo diuellit pro crimen graui breui momento
patrato. Quin nec ipse Origenes temporis cum scelere mensuram iu-
ste exigere potest, qui Angelos pro vno superbie actu plurim sae-
culorum intervallo puniri faterur. At est in damnatis obstinata in ma-
llo voluntas; atque dum actu peccarunt illicitae voluptatis perpetu-
tatem optarunt: quorum intuitu habere sempiternum supplicium etiam
temporis mensuram, non negabimus. Nec his obest Lucae textus,
quem recitissime de Purgatoriis igne accipere possumus: quod si de in-
ferno dictum concedamus, particulam donec aequivalere interdum ad-
uerbio numquam respondebimus; vt Genesis viii.: "coruus egredieba-
tur, et non reuertebatur, donec siccarentur aquae"; et Matth. i.
"Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum".
Nam pro summo ac infinito debito ad ultimum usque quadrantem
soluere, res est impossibilis.

Quae vero tertio loco posita erant Scripturae loca, quae magnam
Dei misericordiam praedicant, locum habent in his, qui respicunt,
in poenis quae in hac vita infliguntur, et in vasis misericordiae, non
ira atque vindictae. Vt enim loquitur Augustinus (15): "omnium
itaque miseretur vasorum misericordiae. Quid est omnium? Et co-
rum

(14) In Libro de Fide, et Operibus, cap. 14.

(15) Ibidem, cap. 24.

"rum scilicet, quos ex gentibus, et eorum quos ex Iudeis praedesti-
nauit, vocavit, iustificauit, glorificauit, nec omnium hominum,
"sed istorum omnium neminem damnatur".

Argumentum deinde ex Patrum auctoritate desumptum nihil ad-
versus veritatem catholicam euincit: nam quo sensu ab eis mortalis
anima dicta fuerit, ex his quae agentes de Angelorum immortalitate,
variisque modis, quibus mortales dici possunt, tradidimus, obuium
cuique erit: mors item et interitus adpellatur gehennae poena in Scri-
pturis, etiam ubi sempiterna dicitur.

Quid vero Hieronymus? In Comment. quidem in Isaiam senten-
tiam Origenis referit, nec refellit tamen; sed illam alibi impugnat ex-
presse. At ille, aiunt, aliquos Scripturarum textus producit, qui pro
Origenis sententia stant. Ille vero ex Origene ipso transcribit, et re-
citat; non probat. Similiter de his quae in Comment. in Epist. ad
Galatas scribit opinamur: adiicit enim ipse: *hucusque Origenes*. Com-
munem hanc pro excusando Hieronymo viam aptissimam iuxta, et
verissimam esse ipsum Hieronymi protestatio ad Ruffinum suadet (16).
Obliuienti enim Ruffino quod ille Origenianis adhaeret circa infer-
ni cruciatus haec responderet: "ego in Commentariis ad Ephesios sic
"Origenem, et Didymum, et Apollinarium sequutus sum, qui
"certe contraria inter se habent dogmata, vt fidei meae non amitte-
"rem veritatem". Et quidem quam huic sit contraria S. Doctoris
sententia, praeter ea, quae passim scribit (17), declarat, quod Io-
nam Prophetam exponens, ait (18): sic enim loquitur aduersus eos,
qui Diabolum in die iudicii poenitentiam acturum dicebant: "sed
"hoc quia Sacra Scriptura non dicit, et euerit penitus timorem Dei,
"dum facile homines labuntur ad vitia, purantes, etiam Diabolum,
"qui auctor malorum est, et omnium peccatorum fons, acta poeni-
"tentia, posse saluari, de nostris mentibus abiiciamus: et sciamus,
"peccatores in Euangeliis mitti in ignem aeternum, qui paratus est
"Diabolo et Angelis eius: de his dici: *vermis eorum non morietur,*
net ignis eorum non extinguetur". Itaque qui veram Hieronymi sen-
tentiam his verbis expressam non nouerit, cæcus ille sit oportet.

Quum vero Hieronymus scribit, fideliū poenas aliquando fini-
ri, accipiens est de fidelibus, qui cum solo venialium reatu deces-
serunt; quae S. Doctoris sententia in Commentariis ad Isaiam expres-
sa

sa legitur , dum de peccatoribus Christianis dicitur ; „quorum opera in igne probanda sunt atque purganda“. Et in Dialogo contra Luciferianos , dum adseritur , *omnes praeuaricatores perire perpetuo;* Christianos tamen saluandos esse post poenas , nisi praeuaricatores fuerint , et grauioribus criminibus obnoxii.

Ea demum quae ex Comment. in Nahum obliciuntur , si quid probare videntur , probant etiam , neminem eorum damnari , qui supplicia temporalia subierunt , quantumvis sceleratissimi illi fuerint . Respondemus nihilominus , impugnari ibi a Hieronymo Marcionis errorum , adfirmantis , Deum legis auctorem crudelem esse , iterumque de peccatis supplicium sumere ; quod Hieronymus falsum demonstrat , quoniam Deus peccatoribus poenas irrogat temporales , ne puniat in aeternum ; si tamen a Deo in hoc saeculo puniti suorum criminum poenitentiam agant : nam si moriantur impenitentes , non tam flagitia commissa , quam impenitentia ipsa et obduratio suppliciis punitur aeternis . Hic verborum Hieronymi sensus est , et intelligentia .

Nec difficultioris negotii res est soluere , quae fuerit ultimo loco adducta . Augustinus siquidem recte sapienterque respondet (19) , „Eccl esiam nunc propterea pro eis orare , quos in genere humano habet inimicos , quia tempus est poenitentiae fructuosac“. Vbi ergo locus poenitentiae non erit , neque orabunt Sancti , quemadmodum in Psalm . xxxi . scriptum est : „pro impiate peccati mei orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno“. Neque obsunt quae ex historiis desumuntur exempla : etenim quod de Traiano scripsere nonnulli inter aniles fabulas reponendum erit , ut cordati quique reponunt , velut commentum ad Ecclesiae Iudicium in vulgo dispersum , ut Baronius queritur . Quid simile dicendum de Falconilla , sine lauacro et fide sepulta , ab inferis Theclae orationibus liberata : scilicet fabellae haec sunt , caeque frigidissimae . Acta insuper sanctorum maxime a Metaphrase collecta , ab innumeris quisquiliis expurgari debent , sapientum iudicio : quae demum de quibusdam sanctis particularibus narrantur , sic intelligi poterunt , ut eorum precibus vel suspensa fuerit iudicis summi sententia , atque gratia poenitentiae data , vel vehemens peccatorum contritio concessa . At verius dictum illud a quibusdam fuit , plurima in historiis antiqua credulitate inserta . De cetero in inferno nullam redemptionem esse sacra nos docent eloquia . Et his finem capitii imponimus .

CAP VT XVIII.

De Angelorum ordinatione secundum hierarchias et ordines; ac de eorum erga homines tutela, et officiis.

Nouem sunt Angelorum sanctorum ordines tribus hierarchiis contenti .

Deputatur Angelus custos a Deo hominibus , Ciuitatis , Regnis , et Ecclesiis .

Primae propositionis veritatem ex Scripturis et Patribus d educimus . Atque quod ad Scripturas spectat , Isaia cap . vi . de Seraphinis , tamquam qui ordinem distinctum constituent , sic loquitur : „Seraphim stabant super illud , sex alae vni , et sex alae alteri“. Moses Genes . iii . meminit Cherubimorum de quibus haec quoque habentur Ezechielis x . : „Cherubini autem stabant a dextris eorum“. Paulus deinde i . ad Thessalonicenses iv . laudat Archangelos dicens : „quoniam ipse Dominus in iussu et in voce Archangeli , et in tuba Def descendit de Coelo“. Idem nomen legere est in Epistola Iudee catholica , vbi dicitur : „cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercatetur de Moysi corpore“. De Angelis loquitur etiam Paulus ad Rom . viii . tamquam de ordine ab aliis Angelorum ordinibus distincto . „Certus sum enim (inquit) quia neque mors , neque vita , neque Angeli , neque Principatus , neque Virtutes“, cert . Ipse Apostolus ad Colossenses i . quatuor distinctos ordines describit , dicens : „sive Throni , sive Dominationes , sive Principatus , sive Potestates“. Ad Ephesios i . Dominationibus , Principatus , et Potestibus addit Virtutes , vbi de Christo Domino loquens ait : „supra omnem Principatum , et Potestatem , et Virtutem“.

Praetera Patres , vbi data opera Angelorum ordines texuere , nec plus , nec minus , quam nouem recensuerunt . Ignatius sic loquitur (1) : „ego vero non quia vincitus sum , et intelligere possum coelestia , et angelicos ordines , nec non Angelorum , et Exercituum , et Principatum differentias , ac Virtutum et Dominationum discrimina , Thro-

(i) In Epist . ad Trallianos .

„Thronorumque ac Potestatum varietates , eorum magnitudines , Cherubim , ac Seraphim excellentias“ , cet. Iraeneus (2) eundem te-
xit catalogum , cum hoc tamen discriminé , quod *exercitum* loco ponit vocem *Principatum*. Eudem queque Dionysius descri-
psit (3). Graecis Patribus accessere Latini . Gregorius Magnus sic
loquitur (4) : „nouem Angelorum ordines diximus , quia videlicet
„esse , testante sacro eloquio , scimus Angelos , Archangelos , Vir-
„tutes , Potestates , Principatus , Dominationes , Thronos , Cheru-
„bim , atque Seraphim“. Ita loquuntur et Isidorus (5) , Bernardus (6),
Rupertus (7) , ac tandem S. Thomas (8).

Hos vero nouem ordines tribus contineri Hierarchiis , post Diony-
sium omnes reliqui Patres concorditer tenent : at differunt paullulum
in distributione : nam Dionysius in priorem Hierarchiam refert Se-
raphim , Cherubim , Thronos ; in secundam Dominationes , Vir-
tutes , Potestates ; in tertiam denique Principatus , Archangelos , An-
gelos : Gregorius autem , quem Bernardus , Thomas , aliisque sequun-
tur , in secunda locat Principatus , et Virtutes in tertia. Sed hacc
minutissima absudbio sunt.

Quid autem Hierarchiae nomine hi Patres intellexerint , ob ocu-
los est. Etenim , quum nihil sit aliud Hierarchia generatim accepta,
quam sacrorum praefeturam , seu potestatem ; coelestis Hierarchia
potestas erit earum functionum ordinandarum , quae in coelis fiunt;
vel potius certus Angelorum numerus , qui sibi inuicem , ac vni-
tamquam principi in ordine ad coelestes actiones subordinantur. Ita-
que in Hierarchia suprema iuxta Dionysii distributionem locantur
primo Seraphim , id est , spiritus caritate ardentes , quos vt Ber-
nardus ait (9) , „caritas Dei in eundem rapuit sanctae affectionis
„ardorem , vt vnu cum Deo spiritus esse videantur“. Secundo lo-
cantur Cherubim in quos Deus sapientiae plenitudinem profudit. Ter-
tio Throni , in quibus vt loquitur Casianus (10) , tamquam in se-
di diuina maiestas reclinatur. Spiritus hi sunt , quibus Deus sua
consilia pandit , et qui Deo semper assistunt , neque ad exercenda cr-
ega homines ministeria , saltim ex opinione quorundam mittuntur. Se-
cundae Hierarchiae sunt Dominationes , Virtutes , et Potestates. At-
que

(2) Lib. II. cap. 54.

(3) Lib. de Coel. Hier. cap. 6.

(4) Homil. xxxiv.

(5) In vi. Originum.

(6) Lib. v. de Consid. cap. 4.

(7) Lib. III. de Spir. S. cap. 16.

(8) Prima Parte , quæst. cxiij. art. 6.

(9) Serm. xix. in Cant.

(10) Collat. viii. cap. 13.

que Dominationum vocabulum Gregorius et alii inde sumi existi-
mant , quod mira potentia præminent pro eo quod eis cetera ad
obediendum subiecta sunt : nempe , vt copiosus Bernardus expli-
cat (11) , quod inferioribus quinque ordinibus »ad eo supereminent,
„vt respectu horum ceteri videantur omnes administratori spiritus,
„et ad istos , tamquam ad dominos referri regimina Principatum,
„utamina Potestatum , operationes Virtutum , reuelationes Archan-
„gelorum , curam et prouidentiam Angelorum«. Virtutum adpellatio
ex ipso Dionysio , firmitatem ac vigorem significat , seu vir loquitur
ille , „virilem quandam , masculum , inconcusamque fortitudinem,
„qua in omnibus diuinis suis actionibus praeditae , ad nullas diu-
„inas illuminationes capiendas inutiliae , imbecillaque sunt“ . At
Gregorius , Isidorus , Bernardus , et alii sentiunt , Virtutes adpellari
spiritus illos , per quos signa et miracula frequentius sunt. Po-
testates vero sunt Angeli illi , quorum ditione virtutes aduersae subiectae
sunt , quorum insuper potestate refrænantur , ne corda hominum
tantum tentare præualeant quantum volunt , vt loquuntur Patres
proxime laudati. Ad tertiam demum Hierarchiam spectant Principa-
tus , sic dicti , quod summæ maiestatis dignitatem præcipua rati-
one imitantur , vir sentit Dionysius. Sed Gregorius sic eos adpellat
vult , quod »ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsunt , qui
„subiecti alii , dum quae sunt agenda , disponunt , eis ad explen-
„da diuina ministeria principiantur«. Tandem Bernardus et Theo-
doretus docent hoc eos nomine vocari , quibus regnorum cura , præ-
sertim vero principatum institutio , et directio commissa est. Per-
tinent ad eandem Hierarchiam Archangeli , et Angeli , ex eo no-
mina haec adepti , quod primi summa nuntient , secundi etiam mini-
ma , vt auctor est Gregorius.

Atque hanc Angelorum distributionem si quis non ita inconcu-
sam , firmamque iudicet ; habebit quidem ille ad suum hocce iudi-
cium sustinendum , quae Bertius grauiter sane collegit. Nos tamen
etsi non omnino exploratam eam habeamus ; nolumus Dionysium di-
mittere. Et his propositio prima firmata esto.

Secunda vero , qua parte deputari hominibus a Deo Angelum
Custodem propugnat , si de hominibus fidelibus tantum sumatur , in-
nititur illa diuinis litteris , Parrum testimonio , ac ratione. Nam An-
gelum Iacobum adiisse constat ex cap. xlviij. Genes. 2 vbi dicitur:

An-

(1) Lib. v. de Consid. cap. 4.

»Angelus qui eruit me de cunctis malis , benedicat pueris istis«. Legimus deinde de Iudith Angelo cap. xii. »Custodiuit me Angelus eius«. Item legimus graue illud atque perspicuum Christi Domini testimonium , Matth. xviii. expressum , vbi de pueris loquens , quos humiles ipsius sectatores designare valde probabile censemur , ait: »videte ne contemnatis vnum ex iis pusillis. Dico enim vobis , quia »Angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei , qui in »coelis est«.

Subscriptib[us] Patres. Origenes enim in Numeros sic scribit (12): »adest vnicuique nostrum , etiam minimis qui sunt in Ecclesia Dei , »Angelus bonus , Angelus Domini , qui regat , qui moueat , qui gu- »bneret , qui pro actibus nostris corrigendis , et miserationibus ex- »poscendis , quotidie videat faciem Patris , qui in coelis est«. Euse- bius quoque a Scriptura didicisse nos ait (13) , Angelum vnicuique ad custodiam diuinitatem datum . Basilius item scribit (14): »quod »autem vnicuique fidelium adsit Angelus , tamquam paedagogus ali- »quis et pastor , vitam gubernans , nemo contradicat , qui Domini »verborum meminerit dicentes : ne contemnatis vnum ex his pusil- »lis , quoniam Angelus eorum semper vident faciem Patris mei , »qui in Coelis est. Et Psalmista dicit : castrametabitur Angelus »Domini in circuitu timentium eum : et , Angelus qui eruit me a »vixienti mea , et cetera id genus«. Hieronymus deinde haec habet (15): »quod vnuisque nostrum habeat Angelos , multae Scri- »pturae docent , e quibus illud est : nolite contemnere vnum de pu- »sillis istis , quia Angelus eorum semper vident faciem Patris , qui »in Coelis est : et puella Rhode Petrum Apostolum nuntiante , alii »Angelum ipsum esse credebant. Si autem hoc de minimis dicitur , »et de uno homine , quanto magis de omnibus sanctis , et praeci- »pue de Apostoli sensendum est «? Augustinus demum (alii omis- sis) sic loquitur (16) : » magna cura et sollicitudine Angeli ad- »sunt nobis«.

Ratio accedit: primo: quoniam in hoc mundo omnia per spi- ritus rationales disponuntur , ordine proutidiae id exigente , vt in- feriora a superioribus dirigantur , vt S. Thomas docet (17). Secun- do: neque enim a tot tantisque periculis homines eruerentur , ne- que.

(12) Homil. xx.

(13) Lib. xiii. de praeparat. Euang.

(14) Lib. iii. contr. Eun.

(15) Comment. in cap. 6. Isaiae.

(16) Cap. xvii. Soliloquiorum.

(17) Quaest. cx. artie. 1.

que aduersus daemonum impugnationem haberent praesidium , nec fo- ret qui bonas eisdem cogitationes suggesterent , atque ipsorum preces , et oblationes in Dei Thronum et conspectum transferrent , nisi Angelorum custodia donati a Deo summo rerum Prouisore illi fuissent: ergo , quod spectat maxime ad homines fideles , adesse omnibus An- gelum vigilem et custodem , Sacrae Scripturae , Patres , et ipsa ra- tio demonstrant.

Quid autem si de ceteris hominibus loquatur adserio? Non erit illa perinde certa : etenim ad solos fideles hoc contrahunt Basilius , Chrysostomus , Hilarius , et Anastasius Sinaita (18). Deinde , quia liquet ex ritu baptizandi , quem seruat Ecclesia in tingendis sacro baptismate adulits , custodiam Angelorum depurari regeneratis , quemadmodum destinata fuit filiis Israel , quum de AEgypto educerentur. Atque quod primo loco erat memorandum , quoniam Scripturae nus- quam aperie custodes Angelos vniuersis praesidere demonstrant , sed puris fidelibus , ac Deum timentibus.

Nihilominus intra probabilitatis saltim terminos et hoc positum arbitramur. Primo: nam quas superius producebamus , Scripturae , phrasii quadam iustorum , puerorumque Angelos commemorant , vt singulis hominibus sui custodes adscripti videantur. Quippe verba illa: Angelis eius , Angelis eorum , peculiares , propriosque Praesides indigitant , ad differentiam , reproborum , quibus forte inferiores An- geli depantur. Accedit , quod Isaia de reprobis praenuntiat dicens: »ostendam vobis quid ego faciam vineae meae : auferam sepem eius , »et erit in direptionem«. Quam quidem sepem , Angelorum custo- diam Interpretes exponunt. Praeterea: sunt ex Patribus qui id ex- presse tradant. Haec Bernardus habet (19) : »summa maiestas , ait , »Angelis suis mandauit , illis vtiique tam sublimibus , tam beatis , tam »proxime sibi cohaerentibus , et vere domesticis Dei , mandauit de »te , sed quid puras mandauit ? Ut custodiant te. Adsunt igitur »Angeli , et adsunt tibi , non modo tecum , sed etiam pro te«, cet. Prae ceteris tamen aperiissima sunt Gregorii verba , scribentis (20): »magna dignitas animarum , vt vnaquaque habeat ab ortu suaue na- »tivitatis in custodiam sui Angelum depuratum«.

Quae demum sententia cum ratione etiam congruere videtur. Si- Tom. II. P. qui-

(18) In Psalmum xlviij. — Hom. xlviij. in Matth. — Canone xviii. — (19) In cap. xviii. Matth. Lib. de Hexamer. v.

quidem quum omnium omnino hominum salutem sincere Deus velit; generalia propterea beneficia, et auxilia, quibus ad salutem ordinantur, omnibus parat, arque offert: quis autem negare audebit, inter huiuscmodi adiumenta salutis custodiam Angelorum haberi? Igitur si de hominibus fidelibus sermo sit, eisdem deputari Angelum custodem, res est certissima, si vero de ceteris quoque hominibus, probabilissima.

Verum et deputari Angelos ciuitatibus, regnis, ac Ecclesiis, eisdem argumenti generibus monstrare pergimus. Ac per orbis terrarum partes, et nationes descriptos esse Angelos, et alii alios praepositos a Deo esse, ex Sacrorum Librorum auctoritate Patres adserunt. Nam et Angelum fidelium exercitus praesesse habetur Iosephus v. dum dicitur: «sum princeps exercitus Domini». Et de Angelo qui Persarum regno, de illo item qui Graecorum regno praererat, expressa mentio facta est in Danielis cap. 10. vbi sic legimus: «princeps regni Persarum restituit mihi viginti et uno diebus: et ecce Michael vnuus de Principibus primis venit in adiutorium meum, et «ego remansi ibi iuxta Regem Persarum». Praecepit tamen id ex loco illo Deuteronomii inferunt, vbi scriptum est: «quando diuidebat Altissimos gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel». Ita enim Origenes locum hunc interpretatur (21), ex coique concludit, *Angelis ab exordio terrarum orbem divinus esse*. Eusebius quoque non multum ab Origene discedit (22), quatenus Angelis, velut pastoribus, ac praefectis commissis esse dicit homines: sed ille Arianorum impieati fauere hic Paterius visum est (23). Ad eandem de distributio in Angelos ad tutelam, et praesidium terrarum orbe sententiam respexit Augustinus ita scribens (24): «non clausit Deus fontem bonitatis suac etiam in alienigenas gentes, quas sub Angelis constituerat, portionem sibi faciens populum Israel». Similia habent alii ex Patribus.

Iam vero suam illam in populos curam ac prouidentiam, quo studio exerceant Angelii, ex Daniele potissimum licet cognoscere: qui eorum pugnas etiam, et certamina pro commissis sibi gentibus inuicem suscepit describit.

Quoniam

(21) Homil. xxxv. in Lucam.

(22) In IV. de Demonstrat. Euang. cap. 6.

(23) Lib. II. de Ang. cap. 8. num. 3.

et 4.
(24) In Psalm. LXXXVIII.

Quum autem nationibus populisque omnibus praesint Angelii, tum multo magis Ecclesiis ac coetibus, iure Religionis sociatis, ac locis illis, vbi sacra Christiana celebrantur. Extat de Ecclesiis praecipue, testimonium in capite I. Apocalypsis, vbi septem Ecclesiis totidem Angelii praesides, et custodes nominantur. Nam sic locum interpretantur Patres. Ait enim Origenes (25): «secundum ea quae Ioannes in Apocalypsi scribit, vnicuique Ecclesiae generaliter Angelus praestet, qui vel collaudatur pro bene gestis populi, vel etiam pro delictis eius culpatur». Tum Ambrosius (26): «non solum Episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, sed etiam Angelos destinavit». Gregorius tandem Nazianzenus (27): «nec enim mihi, inquit, dubium est, quin alii aliarum Ecclesiarum Praesides, ac Patroni sint, quemadmodum in Apocalypsi Ioannes medocet». Quin et oratoris, ceterisque locis sacris Angelii deputati sunt custodes, ac incruenti potissimum sacrificii tempore Christianis adiungunt, eorumque preces ac vota Deo representant, ac viissim diuinam gratiam, ac beneficentiam ad eos reportant. In Iacobii squideum Liturgia haec leguntur: «Christus Deus noster propagreditur, ut immoletur, ac detur in cibum fidelibus. Ipsum autem antecedunt Angelorum chori cum omni Principatu, et Potestate, Cherubim multocili, et Seraphim sex alarum, facies velantia, et cum clamore clamantia hymnum». Ex Patribus autem haec Ambrosius profert (28): «non dubites adiustare Angelum quando Christus adiustis, quando Christus immolatur». Sed egregius est Chrysostomi locus, in quo diuinorum mysteriorum tempore pro hominibus sanctos Angelos interuenire ait (29): «sic et Angelii, inquit, tunc pro ramis oleaginis, ipsum corpus dominicum praetendentes, Domino supplicant pro humana natura, ita fere loquentes: pro his oramus, quos ipse prior si amare dignatus es, ut vel animam pro ipsis impenderes; pro his supplicationes effundimus, pro quibus sanguinem effudisti; pro his rogamus, pro quibus corpus hoc sacrificasti». Praeter haec autem, nota est historia quam narrat Iosephus (30); paulo scilicet ante cladem Hierosolymitanae Vrbis et Templi, auditam esse vocem dicentium: *migremus hinc, quam vir-*

(25) Homil. xx. in Num.

(26) Lib. II. in Lucam.

(27) Oat. XXXII.

(28) In Comment. ad Lucam.

(29) Homil. III. de Incomprehens. Dei natura.

(30) Lib. VII. cap. 12. vel Lib. VI. de Excidio, cap. 31.

tutum fuisse coelestium ex Templi adytis erumpentium, Hieronymus interpretatur (31), qui id tamen ad tempus dominicae passionis interdum refert, alias autem, et verius, ad Templi Hierosolymitani excidium. Et haec de propositione secundo loco posita.

COROLLARIA.

Atque eorum quae primae adserioni roborandae addiximus, videtur consecrarium et ordines Daemoniorum admittere, in Hierarchias etiam distributos. Nec enim defuerit qui ita subinserrent, constituentes in ordine primo *Pseudoethes*, scilicet sacrificia, cultumque ab Idololatriis captantes; quorum principem Beelzebul faciunt; in secundo *Spiritus mendaciorum*, qui oraculis, et diuinationibus illudunt; quorum princeps *Python* nominatur; unde et diuinatrix mulier Pythonissa audit. Regum xviii: in tertio *Vasa iniquitatis*, seu spiritus, malarum artium inuentores, quorum praeses Belial: in quarto *Vtores sclerorum*, quorum princeps dicitur Asmodaeus: in quinto *Praestigiatores* quorum princeps Sathan: in sexto *Aereae potestates*, quibus cura est nocere terrae, et mari, et quorum princeps est Miririm, vel vt in Psalmo legitur, *Daemonium meridianum*: in septimo sunt *Furiae*, seu autores discordiarum, et bellorum, quorum dux Vastator appellatur: in octavo stant *Criminatores*, et *Accusatores* hominum, eisque praest Astharot, seu Explorator: in ultimo tandem sunt *Tentatores*, aut *mali Genii*, quorum princeps Mammon, quod cupiditas interpretatur. Praesidium haurire blandiuntur pro distributione ista ex Sacris Scripturis, in quibus omnia haec vocabula inueniuntur.

Nos tamen ersi ordinem quedam etiam in Daemonibus agnoscere velimus; Hierarchias statuere inter ipsos non possumus. Opinamus itaque, ipsos daemones talen inter sece ordinem posuisse, ut singuli quadam reipublicae forma instituta in varias classes distributi ad auferendum Deo honorem, animasque hominum perdendas fierent intenti. Hinc, quem in Daemonibus nos ordinem admittimus, ex proprio amore vna cum Deo odio, et hominum inuidentia ortum ducere existimamus, non ex naturae perfectione. Quod si ordinem istum, ordinem nullum, veram deordinationem, ac sempiternum etiam horrorem vocare placet, et nos subscribimus.

Secundae adserionis consecraria quoque est illa quaestio, num

sci-

(31) Epist. ad Paull. et Eustoch.

scilicet, quemadmodum deputatur hominibus a Deo Angelus custos; delegetur etiam, non a Deo quidem, sed a Daemoniorum Principe malus Angelus, ita tamen ut nequeat homines exercere, nisi quantum Deus id permittit, vel ad electorum meritum, vel ad poenam reproborum? Quia in re Iuenius (32), immo et recentiores Scholasti fere omnes negantem partem amplexantur, hoc potissimum dicti ratiocinio: homo vel reprobos ille est, vel electus: at si reprobis habeatur, daemone instigatore non eger, quum sibi sit instigator, seruiatque daemoni voluntarie, omnibus prauae concupiscentiae desideriis obsequens, ad que officia Daemon creditur necessarius. Si vero electus ille est, frustra omnino Daemon illi diuinitus depuraretur, quum daemones ad electos exercendos proclives admodum sint, praestoque eis adsint ut noceant; nec insuper decens illud videatur, vt per Dei prouidentiam hoc agatur, vt cuiilibet homini tentator prouideatur. Igitur falsa omnino sententia illa est. Addunt: eam nec Scriptura, nec Patribus nisi; immo originem a gentilibus trahere, qui duos genios, bonum vnum, alterum malum, cuique homini destinatos esse voluerunt.

Verum, ea, quam indigitauiimus, distinctione apposita; visum longe probabilius sibi, ait Bertius (33), medium incedere, et cum Magistro malum genium singulis adstare, cum Theologorum caterua, vt ille loquitur, hunc a Deo minime deputari, sed a Beelzebub destinari. Et hanc quidem medianam sententiam desumi inquit, ex Scripturis. Quoniam ferme eadem narrant Scripturae de malis impurisque Angelis, ac de sanctis beatisque, Paullus etenim admonet ad Ephesios vi. esse nobis collationem *aduersus principes*, et *potestates*, *aduersus mundi rectores*, *tenebrarum harum*, *contra spiritualia nequitiae in coelestibus*. Petrus vero Epistola i. vigilandum monet *quia aduersarius diabolus tamquam leo rugiens circuit*, *quaerens quem devoret*. In capp. i. et ii. Iobi dicitur Satanam *perambulare terram*. Ex Lucae xi. constat, daemones instar coelestium exercituum tempubileam formare, ac regnum aliquod, supremumque ducere habere. In eisdem esse Principatus et Potestates Paullus ad Colossenses scribens testatur in capite n. Virtutes etiam ad Romanos viii. et ad Corinth. xv.

Pergit deinde Bertius vt demonstraret, exploratam circa hoc esse tra-

(32) Dissert. i. de Angel. quaest. iv. (33) Lib. x. cap. xix. prop. 2.
cap. 5. att. 4.

traditionem, non Christianorum modo, sed etiam Hebraeorum; quod multis praestat Patrum testimoniis; ac tandem verustae traditionis testem compellat Gregorium Nyssenum sic scribentem (34): "est sermo, ex maiorum traditione fidem sibi vendicans, qui dicit, posteaquam natura nostra in peccatum decidit, Deum hunc lapsum nostrum prouidentia sua minime destituisse, sed Angelum quemdam ex iis, qui naturam corporis expertem sortiti sunt, adhibuisse ad vniuersiusque vitae tutelam, ac praesidium: at ex aduerso naturae corruptorem pari machinatione contra niti, et prauo quodam, ac maleficio adjuncto daemone, humanae vitae perniciem adferre."

Adiungit et rationem: primo: quia princeps daemonum Deum imitari studet in sui regni administratione: vnde sicut Deus beneficentissimus, ac prouidentissimus Angelos custodes singulis hominibus deputat, ita Beelzebub daemones credendus est delegare. Secundo: exorcismi, qui in omni fere Eulogia adhibentur, satis super que probant daemonum vigilantium ad animas perdendas. Tertio: quemadmodum in Baptismatis administratione oratur Deus vt Angelum suum dignetur mittere, ne impeditiar regenerationis effectus, ita exorcismis fugatur, et expellitur daemon. His communitur opinio adserens adstare singulis hominibus genium malum.

De cetero hocce genium Deum non delegare, sed permittere vt a Daemonum principe delegetur sic solide Scholastici probant: nam qua ratione verax Deus nec per se, nec per alium fallere potest, eadem Deus bonus non potest per se, neque per alium ad peccatum inducere: vt enim in Catholica Iacobi Epistola dicitur: "nemo quum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est; ipse autem neminem tentat". Deinde: vt Deus suorum electorum virtutem proberet, aut patiatur reproborum interitum, satis est quod Daemoni, ad hominibus nocendum proclivi, illos aggredi permittat, potissimum quum *omnisquisque tentetur a concupiscentia sua abstractus, et illectus*, vt Iacobus ipse ait. Vtterius: si Deus malos Angelos delegaret pro singulis hominibus, et non tantum id permitteret, ei imputari peccatum posset, atque argumentum inde sumi ad Deum malum Manichaeorum ponendum, quemadmodum ex delegatione Angelorum sanctorum sumitur pro Dei boni adserenda prouidentia.

De-

(34) Lib. 1. de vita Mosis.

Denique in Scripturis et Patribus nusquam illud legitur. Non ergo Deus est qui daemones hominibus destinat, sed daemoniorum principes; Deo inquam iustissime permittente.

Ex his vero sententis Theologorum quam malueris seliges: hoc enim fine illarum praecipua momenta exposuimus.

CAPVT XIX.

Argumentorum solutione amplius praecedentia firmantur.

Aduersus praefactam Angelorum distributionem stare videntur Thalmistae copias Angelorum in sex ordines, quos nominant Mazaloth, El, Legion, Rihaton, Chirton, et Gistera diuidentes. Sed fabulosum, ac insanum commentum refellere piger, pudorque. Itaque ad diluendum quod ex quibusdam Patrum, in oppositum sumitur, argumentum venimus. Hieronymus (1), (aiunt) Ambrosius (2), et Cyriillus Hierosolymitanus (3) quatuor tantum Angelorum ordines recentent: non ergo nouem numero sunt.

Sed pace eorum qui sic argumentantur dixerim, non apte inferri quod peroptant. Patres etenim memorati, quum non iis in locis sibi proposuissent ordinum Angelorum catalogum adamassim texere, non omnes recensuerunt. Nec hoc mirandum, quum ad eorum institutum id tunc non faceret. Ex eorum ergo testimonio non bene concluditur, nouem non esse Angelorum ordines; quemadmodum non id bene concluderetur ex eo, quod Latina Ecclesia, quum in Missae praefatione, tum in hymno *Te Deum laudamus* non recenseat nouem Angelorum ordines. Quid quod nonnulli ex Patribus qui nobis obiecti sunt, alib[us] nouem ordines expresse recensuerint? Pater in Hieronymo ad Ruffinum scribente (4)-

Aduersus veritatem secundo loco stabilitam primus, quod sciamus, Caluinus debaccatus est; dubitans primo, an cuiilibet fidelium designatus a Deo Angelus ad praesidium sit, mox Catholicorum communem sententiam stultam vocans, tamquam opinionem quae olim apud Paganos obtinuit. Ita in lib. 1. Institutionum cap. 14. Sect. vii.

Dein negans, singulos Angelos singulis hominibus custodes a Deo dari, idque affirmantes Dei gratiam extenuare dicens. Ita in Comment.

(1) Lib. 11. contr. Iouianum.

(2) Lib. 1. de Fide, cap. 1.

(3) Catechesi VI.

(4) Apologia II.